



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Caput XIX. Idem Præposito, & Decano, & Scholastico de Miren. (a)
Colonien. diœc.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

C A P U T X I X.

Idem *Præposito*, & *Decano*, & *Scholastico de Miren.*(a) *Colonien. diæc.*

VEniens ad Apost. Sedem G. mulier latrix præsentium simplici nobis insinuatione monstravit, quod cum matrimonium cum E. de Herd. Colonien. diæc. in facie Ecclesiæ contraxisset, & diutius cohabitasset eidem, orta est dissensio inter ipsos, & sic suadente humani generis inimico, quod deinceps alter non requiret reliquum, uterque corporaliter præstetit juramentum. Hanc tamen vir ipse causam divortii affigavit, quod quandam ipsius mulieris amitam (b) cognovisset antequam eam duceret in uxorem: sed licet hoc aspergerent quamplurimi, non tamen fuit super hoc Ecclesiæ facta fides. Cum autem postmodum ad secunda vota convolasset uerque, secundo viro viam universæ carnis ingresso, adhuc priore superstite viro dicta mulier se fecit in arce (c) loco ad penitentiam agendam includi, ubi sex annis in devotione peractis, audiens à quibusdam discretis, & religiosis personis, quod sic salvati non posset, ad Apost. Sedem accessit, humiliiter postulans, & devotè, ut ei dignaretur impendere consilium salutare. Nos igitur attendentes, quod illud fuit illicitum (d) juramentum, disc. v. per A. f. m. quat. præfatum virum monere attenius, & inducere procureatis, eum si necesse fuerit, per cens. eccl. ap. rem. cogentes, ut eâ; quam superduxit, exclusâ; præfata recipiat mulierem, audituri postmodum si quid fuerit quæstionis, & illud debito fine appell. rem. decisiuri. Si vero contra matrimonium nihil fuerit ostensus, & vir seculo derelicto maluerit ad (e) regularem vitam migrare, vos ei super hoc licentiam tribuatis, ut & illa sic possit in suo, sicut desiderat, proposito remanere.

N O T . A .

(c) *Arce loco.*] Monasterio videlicet, juxta tradita in cap. i. hoc tit.(d) *Juramentum.*] Quia non fuit factum animo servandi castitatem, quod valeret, ut dicimus infra, tit. proximo; sed ex ira, & levitate, ut post Thomam Sanchez docet Barbola in preseanti.(e) *Ad regularem vitam.*] Et ita ex munio consensu religionem profiteatur, juxta textum in cap. i. ubi commentarium hujus textus dabimus, de convers. conjung.

1. (a) *Colonieni.*] Ita legendum est, non *Colocensi*.
ut legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 6. nam in præsenti agitur de Colonieni diæceti Agrippina, ut notavit Chopinus lib. 1. de sacra pol. tit. 3. num. 1. De Ecclesia Colonieni nonnulla notavi in cap. 7. de astate, & qualit.
2. (b) *Cognovisset.*] Quod si Ecclesiæ constarer, se parandi erant, juxta ea, quæ dabimus in cap. super eo, de eo qui cognovit consanguin.

C A P U T X X.

Idem *Abbatu de Affigen.* (a) & *Magistro R. & G. Canonicis Trajecten.*

Consulti sumus frequenter à multis, utrum is, qui monasterium est ingressus habitum sumendo novitiæ, si ante professionem emissam infra tempus probationis voluerit exire, licet possit absque apostasiæ nota, vel noxa, præsertim cum debita morum correctione ad seculum remeare. Licet autem super hoc senserint diversi diversa; nostamen credimus distinguendum, utrum is proposuerit absolute (b) vitam mutare, ut sub habitu regulari omnipotenti Deo de cætero familietur; an conditionaliter experiri observantiam regularem, ut ita demum, si sibi placuerit, profiteatur Ordinis disciplinam; aut si forsitan non placuerit, moribus emendatus ad statum præséminum revertatur. In primo casu deber, ut regulariter vivat, ad laxiorem saltrem regulam pertransire: in secundo protest in seculo, non tamen ut vivat seculariter, remanere: & ut quæ sit ejus intentio, pleniùs agnoscatur, propositum suum in principio protestetur. Hac ergo distinctione diligenti meditatione pensata, dil. f. Trajecten. Decanum inquiratis solicite quæ videritis requirenda, & statuatis canonice, quæ videritis statuenda.

NOTE.